

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305

[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]

De figuris rhetoricis de figuris in genere

[urn:nbn:de:bsz:31-131036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131036)

De
FIGURIS RHETORICIS
 De
Figuris in genere.

Q: quid est figura Rhetorica?

R: Est apta quoddam oratio, seu sermo, supra comunē modum loquendi elevatus. vel ut alij, et forte meliq: Est conformatio quoddam verborum seu sententiarum à fulgari modo loquendi remota. ut si dicas: quid iam hic comoretur? quid frustra tempus terram? quid aliorum ludibriis exponitur horum? ubi vides, quod iam adhibueris figurā interrogationis, et repetitionis, cum euncta fulgaris sermo sic haberet: nolo hic comorari, frustra tempus terrere, et aliorum ludibriis exponi.

Q: quomodo figura differt à tropo?

R: In primis per hoc quod tropus consistat in verbis à re, cui proprie conveniunt, ad aliam rem translatis, cui improprie competunt: figura autem fiat absq: tali verborum translatione. Deinde tropus et figura etiam ab invicem discrepant ratione finis, finis enim figura est orationem n̄ tantum exornare veluti tropi exornant, sed et animare, hoc est, orationi vitam tribuere, seu id, efficaciam, et energiam in ordine ad faciendos motus seu affectus in audien-

te, quovis, et efficacia est quasi anima, et vita orationis.

Q: an n̄ tm̄ tropus, et figura aliquando conueniant, et con-
iungantur?

R: hoc soep̄ fieri quando nimiram unum vel plura verba
translata, in hac vel illa figura Rhetorica proponuntur.

Q: quotuplex est genus figurarum?

R: duplex, verborum scilicet, et sententiarum, figura verbo-
rum sunt, quod ex certa collocatione verborum ornatum, ac
vim orationi tribuit. Figura vero sententiarum dicuntur
illo, quod ob artificiosam conformationem sententis, ac rebz
ipsis vi sensus, seu significationis afferant. ubi notanda
quod sententia hūc n̄ accipitur pro aliqua grama, seu pro
dulto veritatem aliquam ad mores continente. cuiusmodi
est illud v: g: veritas odium parit. sequitur superbas uel tor
a tergo Des stultitid proprium est, aliorum vitia conesse
oblivisci suorum. Sed pro eo apud animi nostri sensum
mentem, ac sententiam exprimit, adeoqz sententia hūc de-
significat.

Q: Per quid figura verborum, à figura sententiarum dif-
cret?

R: Per hoc prociptue, quod figura verborum solatur, et
destruatur, si verba mutantur in alia synonyma, aut affii-
na quoad significationem. figura vero sententiarum mane-
at eadem mutatis etn̄ verbis loquod idem

n̄ obstante tali mutatione exprimaturs, eadēq; vis, et
Majestas figuris servetur.

Q: An n̄ saepius conjugantur, et in eundem locum
figuris verborum cum figuris sententiarum?

R: Saepissime quemadmodum diversi tropi n̄ raro con-
junctantur cum diversis figuris ut prius dictum.

Q: quid circa usum figurarum universim est observandum?

R: ut n̄ sint nimium frequentes. Edo ut varientur.

Etis ut prima cura sit de figuris sententiarum, secunda
de figuris verborum; hō enim illis subserviunt, et
verborum ornatu fiant illustriores. *1^o* ut, dum
affectus excitandi sunt, non alio adhibeantur, nisi, quod
oratoris propositum adjuvant, et vim conferunt.

2^o ut in figuris afferendis potissima semper ratio ha-
beaturs rerum, et argumentorum, adeoq; oratori n̄ tam
curandum est, ut ipsig dictis propter suam elegantiam
Laudem promereatur, quā ut auditores rebg, et argu-
mentis comoveat.

3^o ut figuris n̄ quasi per vim intrudantur in oratione
sed in ipsa materia tam naturaliter consistant, ut cum
adfiunt, videantur n̄ posse abesse nec nos illas rebg, ac sen-
tentias addendo videamur specialem curam impendisse.

De Figuris Verborum.

Q: quot modis fiunt figure verborum?

Q: tribus. Imo Per adjectionem. 2do. per dehractionem
3tio per similitudinem vocum. adjectione fiunt, quando
idem verbum, seu eadem vox s'opius ponitur. Dico: eadem vox
fieri in alia similis adjiatur, vel non est figura per adje-
ctionem.

Dehractione. quando vox aliqua ad constructionem syn-
taxice perfectam necessaria omittitur idq; semel vel
s'opius.

Similitudine deniq; quando vox n' eadem, sed solum si-
milis priori quoad syllabas, et litteras opponitur, quo
omnia magis patefcant exemplis.

De Figuris, Quae fiunt Per Adjectionem.

Q: quot sunt figure quae fiunt per adjectionem?

Q: Sequentes novem. Repetitio, conversio, complexio,
conduplicatio, traductio, Polyptoton, Synonymia, Poly-
syntheton, et gradatio.

Q: quid est repetitio?

Q: Est figura, in qua plura in eadem eiusdem membri ab

eodem verbo incipiant. Sic Cicero ad Catil: Nihilne te
nocturnam profidium palatij, nihil urbis vigilia, nihil
timor populi, nihil confensus honorum omnium, nihil
hic munificus habendi senatus loquor: nihil horum
ora vultusque moveant!

Q: quid est conversio?

Q: Est figura, in qua plura incisa eiusdem membri in
idem verbum desinunt. ut Cicero in Philip: Doletis tres
exercitus populi Romani interfectos? interfecit An-
tonius. desideratis Clarissimos cives? eos quoque eripi
vois Antonius. auctoritas huius ordinis afflictata est, afflixit
Antonius. idem et ad horem Bonos Populus Romanus iusti-
tiam vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

Q: quid est complexio?

Q: Est figura, in qua plura incisa ab uno verbo incipiunt,
et in aliud sepius repetitum desinunt. adeoque complexio
continet simul repetitionem, et conversionem, unde etiam
complexio dicitur. Sic Cicero: pro lege agraria. quis legem
tulit? Nullus. Quis majorem populi partem suffragiis pri-
vavit? Nullus. Quis comitibus profuit? Nullus.

Q: Ad quid servantur haec tres figurae?

Q: Potissimum ad exaggerandas virtutes, et vitia; ad

- vehementius instandum ad urgendorum animi motus.

Q. quid est conduplicatio?

R. Est unius aut plurium verborum semel tantum facta iteratio.

Q. quod modis hoc figura fieri solet?

R. sex sequentibus. Primo geminatur idem verbum statim ab initio eiusdem incisi. Sic Cic: j. Catil: vivis et vivis, n̄ ad deponendas. sed ad confirmandam audaciam. idem pro Milone. Excitate, Excitate cum si potestis ab inferis.

Seco. ab initio, et in medio. Cicero Bona! Miserum me! Conspicis enim lacrymas tamen: n̄ p̄fixus animo horret dolor! Bona, inquam, Crei Pompei acerbissime voci subiecta procaris.

Trio. ab initio et in fine Cic: pro Marcello viding tuam victoriam proliorum exitu terminatam, cladium vagina vacuum in urbe n̄ viding.

Quo. Idem verbum geminatur continetur, aut paulo post, sed n̄ in eodem sensu. ut principium dignitas erat, ^{postea} post forlase eorum, qui sequebantur.

Quo. Idem ponitur in medio, et in fine. Sic Cic: in ythima veru. hoc navis onusta erat ex proda Siciliensi, cum ipsa quogrophet ex proda.

Quo. Deniq; latum incisum repetitur. idem in vero citata. quid Cleomenes facere potuit: non enim possum insinulare falsi, quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes faceret.

valet hoc figura ad vehementiam, non nunquam ad firmitatem orationi conciliandam.

Q: quid est tradactio?

R: Est figura, quae idem verbum repetit cum aliqua distincti-
one seu diversitate significationis. quod fit, quando eadem
vox modo in hac, modo in alia significatione seu sensu, in
eodem tamen membro accipitur. Sicut ex Tullio. Qui nihil
habet in vita iucundias vitæ, is cum virtute vitam non
potest colere. ubi vides, quod vita primo accipitur pro
tempore, quo vivimus; deinde pro actu vivendi; et ulti-
mo pro anima, quam virtute excolimus.

Circa hanc figuram notabis, in ea significatione ali-
quando mutari secundum quid, seu aliquantulum, ut in exem-
plo primum posito apparet; interdum vero ex toto, seu to-
taliter, ut in sequentibus elucescit: Cuream rem studiosè
curas quod multas tibi dabit curas. Item: amari iucundum
est, si curetur ne quid infit amari. Sed hoc posterius tra-
ductionis genus quintiliano Am in jociis videtur frigi-
dum.

Q: quid est Polypostolon?

R: Est figura, qua idem nomen in variis casibus, vel gene-
ribus iteratur. ut Cicero pro Archia. Pleni omnes sunt libri,
plena sapientum voces, plena exemplorum vetustas.

Differt autem Polyspheton à traductione, quia hoc n̄ tantò mutat casus, et genera, sed insuper significationem, quod ultimò n̄ potest.

Q: quid est Synonymia, seu interpretatio?

Q: Est figura, qua idem verbum, abs alio verbo dicitur, instandi, urgendiq; gratia. Hinc merito locum inter figuras per adjectionem obtinet, quia nempe idem verbum, quo ad significationem repetit, licet n̄ idem repetat, quo ad vocem, et sonum. ut Cic: in Catil: i: nobiscum versari jam diutiq; n̄ poteri, n̄ feram, n̄ patiar, n̄ feram. valet proinde hoc figura ad amplificationem, et exaggerationem.

Q: Quid est Polysyntheton?

Q: Est figura, qua multo conjunctiones in eadem orationi parte ponantur. quod fit si cuiq; inciso sua conjunctio tribuitur, cum in vulgari loquela ultimum tantum inciso suam conjunctionem habere solet. ut: Justitia, et fortitudine, et temperantia, et prudentia, et religione, et ceterarum virtutum laude floruit. Istius modi conjunctiones sunt, et, que, vel, aut, dum, partim, qua, seu, five.

Q: quid est gradatio?

Q: Est figura, in qua oratio quasi per gradus ad aliquid secundum, vel ultimò quasi ascendit, aut ad aliquid infimò descendit.

Quod fit, quando in sequente inciso semper aliquod verbum,
ex inciso precedente repetitur, sicut quasi per gradum ad mem-
bri finem proceditur. ut: Cic. Pro Roscio. in urbe luxu-
ries creata, ex luxuria existat avaritia necepe est, ex
avaritia erumpat audacia, inde omnia scelera, et ma-
leficia gignantur.

Similes gradationes multas habet sacra scriptura. ut: ad
Romanos octava v. 19. nam quos prosequitur, hos et prode-
stinavit; quos autem prodestinavit, hos etiam vocavit, et
quos vocavit, hos et justificavit, quos autem justifi-
cavit, hos et glorificavit.

Hanc figuram: quo ab aliis e aperfus, seu scala, à gro-
cis vero Climax dicitur. Nonnulli confundunt in cre-
mento. Sed perperam; nam incrementum n̄ consistit in ver-
bis, sed in rebus ipsis. hinc à quintiliano, et aliis inter
modos amplificationis ponitur, n̄ vero inter figuras, et
merito; quia incrementum à re majori, ad minorem, vel
à re minori ad majorem progreditur, neque curat, utram
verbum prius positum repetatur in sequenti; quod tamen
in gradatione, ut vidimus neceparium est. differat igitur
gradatio ab incremento; quia hoc in progressu rerum, et quidem
majorum, et minorum consistit, illa vero in progressu verborum
ac insuper e res equales continet. Porro differat gradatio

etiam à foris, eoque foris, ab uno ad aliud progredi-
atur, ita quidem, ut tandem aliquid inferat, et concludat, per
particulam illativam ergo, igitur, ea de causa p.

Unde à Metalepsi distinguitur; quia Metalepsis non ex se
ponit illa multa, quae ab invicem dependent. Interim tamen
quando Metalepsis explicanda est, tunc opus habet gra-
datione, ut: ex aristis intelligitur spica, ex spica nefis
ex nefis ostas, ex ostas annus p. unde patet in Metalep-
si gradationem esse occultam, non vero apertam, seu expressam
nisi explicetur. hoc autem casu desinit esse Metalepsis, et
fit gradatio.

De Figuris Verborum. Quae fiunt Per Detractionem.

Q: quid est Synecdoche prout à tropocian dem nominis
diferat?

A: Est omisio alicuius vocis, quae facile subintelligitur, ut
equis erit mecum milites qui primis in hostem. subintelligitur
inruat, Item illud Christi ad Divum Petrum, quid ad te, tu
me sequere, id est, quid ad te attinet.

Q: quid est dispolatio?

A: Est figura, qua omnis conjunctionibus plura dispolate
dicuntur, ut Cui: in test. verp. Nullum esse dico iudicium liberis

sceleris, audacia. p. Sic ē plura incisa sine conjunctione
congeruntur. ut Cic: pro Archia. Hoc studia adolescen-
tiam alunt, senectatem oblectant, fecundas res ornant. p.

Q: quid est adjunctio sive coogma?

R: Est figura, qua plura incisa unicum verbum habent,
quod quodlibet incisum pro se exigeret, si sine aliis incisio
poneretur. Sic Cic: pro Cluentio, vicit pudorem libido,
timorem audacia, rationem amentia.

Q: Quid est disjunctio?

R: Est figura, qua unicuique orationis membro vel in-
ciso suum speciale verbum opponitur, cum ē unicum toti
orationi possit sufficere. Sic Cic: pro Archia Colapho-
rus suum esse civem dicant. Chij suum vindicant,
Solanini repellant, Iugurthi vero suum esse confirmant.

Conitur disjunctio per figuras verborum per dehactionē,
quia licet nullam verbum omittat, per plura tamen
verba excludit verbum illud, quod pro tota oratione se
sola sufficeret; uti in exemplo posito verbum dicunt suf-
ficere, quod tamen per alia verba licet n̄ idem omnino
significancia excluditur, siquē orationi detrahatur.

Q: quid est Synchresis?

R: Est figura, quae duo incisa sibi mutuo opposita vario
verbo conjungit, quod in altero inciso, ubi verbum omitti-

has facile subauditur, ut: Quid est avaro, quod habet, quam quod non habet: subauditur ipsi deest. Item malum est nihil bibere, et multum bibere, perniciosum est studere semper, et studere nunquam.

Figuris Verborum. Quae fiunt Per Similitudinem.

Q: quid est Paronomasia! seu annumeratio!

R: Est figura, qua vocabula paulisper quoad syllabas, et litteras immutata, aliam tamen significationem habentia in eodem membro vel inciso conjunguntur ut Cic: Philip: stia: En cur Magister eiq; ex oratore orator factus est.
idem. Non modo vincere, sed vincere oporteret.

Q: quid est similiter cadens!

R: Est figura, qua idem casus vel tempora in fine membri, seu inlisi copius ponuntur. ut Cic: pro Roscio. quid tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus navigantibus, litus ejectis! ubi vides quatuor nomina in dandi casu mortuis;

Q: quid est similiter desinens

R: Est figura in qua plura incisa desinunt in verba, Romi-

na, vel adverbia, quoad ultimas syllabas similem exitum habentia. Si Cui: pro lege Manilia itaq; p. ut eig voluntatib; n̄ modo cives semper aspiserint, socius obtemperavit, hostes obedierint, sed & venti, tempestatēq; obsecundavit. Item: pugnavit fortiter, vicit feliciter, triumphavit hilariter.

Differet hōc figura à precedente per hoc, quod similiter desinens n̄ solum verba, et nomina, sed etiam voces indeclinabiles admittat; Item quod similiter desinens in fine cuiuslibet incisi vel membri debeat habere exitum similem quoad vocis sonum, qualis n̄ requiritur in similiter cadente. Si tamen, ut etiam fieri potest, in similiter cadente casus nominum, vel verba simili sono, ac exitu in quolibet inciso, vel membro terminarentur tunc n̄ solum esset similiter cadens, sed in super e similiter desinens.

Q: quid est Isocolon, seu compar?

Q: Est figura in qua ponuntur duo, vel plura membra seu incisa eundem fere syllabarum numero habentia. ut. Cui: pro lege Man. p. tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateq; dispersum Cneq; Pompeiq; exeunte hyeme aparavit in eunte vere suscepit, extrema offate confecit.

Huc etiam referuntur figuras, quae fiunt per dissimilitudinem, nam contrariorum eadem est dissimilitudo; contraria autem vel maxime sunt dissimilia. unde .y.

Q: quid est antithesis, vel antitheton, seu contra positum aut contentio, prout hoc figura est verborum.

Q: Est figura in qua verba verbis opponuntur. hoc autem fit tripluri modo. y. Primo singula verba singulis immediate opponendo. ut Cic: 2. Catil: hoc vero quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidians, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus. Qdo. bina binis opponendo. sic Cic: y. Pro Cluentio. Non est nostri ingenij, sed vestri auxilij iudices .y

Etio. quando plura eiusdem generis simul in uno membro conjunguntur, quibus deinde in altero membro contraria simul conjuncta respondent. ut Cic: pro Milone. Est enim hoc in scripta, sed nota lex, quam non didicimus, aucepimus, tetigimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, occupamus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. In quo exemplo vides simul etiam bina binis opponi, tam in principio, quam in fine.

Q: quid est conmutatio?

Q. Est figura, quo contraria complectitur, sed ita, ut
 verba, quo in priori membro, vel inciso sunt posita, ponan-
 tur in posteriori cum aliqua illorum inversione seu com-
 mutatione. ut: n̄ vivo, ut dormiam, sed dormiam, ut vi-
 vam. Item: n̄ locg honorat hospitem, sed hospes locum.
 non ferream Doming expectare, sed ^{delebo} ferream Dominum.

De Figuris Sententiarū.

Q. Quae sunt figurae sententiarum?

R. haec fere sunt in numero, sed nos solum de precipuis,
 magisque utilibus agemus, om̄iſis illis quo ferme negligit
 momenti. precipue autem magisque utiles sunt interro-
 gatio, Responſio, subjectio, et reliqua, quas iam se-
 cundum ordinem explicabimus.

Q. quid est interrogatio, seu Erotica?

R. Est figura, qua orator vel adversarius, vel aliud
 quemlibet vel semetipsum interrogat, n̄ seiscitandi, sed
 instandi polissimum, aut alicuius affectus magis expro-
 mendi gratia. ut Cicero in Catiliana prima statim ab
 initio. Quousque laudem abutere Catilina patientia
 nostra? quamdiu nos e furor iste tuus eludet? quem-

Ad finem sese effrenata jactabit audacia
 Jenuit proinde hoc figura ad quosvis sese animi affectu
 majori cum vi ac Emphasi exprimendos, profertim si
 multis interrogatiunculis condescendant uti exempla in
 Ciceroe, Marcio. p. passim ostendunt.

Q: quid est Responsio?

R: Est figura, in qua orator se ipsum vel alium inter-
 roganti respondet, plus vel minus, quam fuit interrogatum
 aut aliud aliquid, quod tamen ad rem profertem facit.

Hoc fit ab oratore ex triplici fine, Primo, ut respon-
 dendo minuatur rem quositam. quod fieret si orator inter-
 rogaret absentem, quem sibi profertem fingeret, an
 hunc hominem occidisset v: g. Marcellum? Et loco
 absentis responderet, quod idem quidem occidisset, sed
 Latronem, pestem Patrie, sibi insidiantem. f. Exempla
 inde sui conficeretur. an Marcellum occidisti? omnino
 inquit, sed Latronem, pestem patrie, mihi insidiantem.

Do. ut respondendo augeat rem quositam. verbi gratia Cives Ro-
 maros occidisti? curavit? curavit, et quidem innocentes.

Etio. ut respondendo evitet ulteriorem interrogationem, an
 omne dubium circa rem quositam dimoveat. ut: malestine
 Merium? n. fui, inquit, in loco, pro tempore, quo homicidium
 commissum, idque à veritate minime alienum est. p.

Hui

Huc pro exemplo pertinet etiam illud Acti Matth. ii. Et tu
Capharnaum nunquid in colum exaltaberis? usque ad infernum
dehaberis. Item illud Tharcharis, qui interrogatus, an in
scitia essent subirines? respondit: ne vites quidem. quo judi-
care soluit huic generis homines vino natos ibi
 esse in populo, ubi tellus nec vites progerminet.

Q: quid est subiecto?

Q: est figura, qua orator vel se ipsum interrogat sibi, ad
 ipsam quod quirit, respondet, vel alium, nec tamen ab eo
 responsum expectat, sed ipse de suo alterius loco responsionem
 subiicit, et quidem ad id tantum quod quiritur, ut Cic. de
 Haruspici. respon. p. Tu meam Domum religiosam facere po-
luisti? ex qua mente? qua invaseras. qua manu. qua di-
spliceres. qua voce? qua incendi iusseras. qua lege?
quam in illa quidem impunitate tua scripseras.

Perfectior autem sit haec figura, si tribus partibus constet,
 videlicet propositione, remotione, qua negatur id,
 quod fuit interrogatum, et conclusionem, qua inferitur, quod
 re ipsa verum est. Sic Cic. pro Roscio. Propositio. Quora-
 mg, quae tanta vitia fuerint in unico filio, quare is hacten-
 us displiceret? Remotio. Ad perspicuum e nullam fuisse, id est,
 vitium. Conclusio hoc subintelligitur a deo, hacten usque
 nullam in eo causam displicentis habuit.

Ex his colliges discrimen inter praedictas tres figuras, in prima enim scilicet in interrogatione solummodo quaeritur, sed nihil respondetur; si ϵ responderetur iam ^{in seipso} respectu sola figura interrogationis, sed vel responsionis vel subjectionis in secunda quidem responderetur, si tamen precise vel adaequate ad id, quod quaeritur sed plus vel minus aut aliud quidpiam diversum, ab eo quod quaeritur, in tertia autem responderetur precise, et directe ad id, quod quaeritur. Insuper responsionem in hac figura scilicet et subjectionis ipse orator subiungit de suo, nec eam expectat ab alio, quem interrogat.

Q: quid est antecupatio, sive prolepsis?

Q: Est figura in qua orator id, quod sibi obijci posset praecupat, seu dicendo praevendit, ac sibi ultro obijcit, posteaque solvit, et refutat. fieri hae figura solet communiter per particulas adversativas, scilicet sed, at, at, verum, &c. Item si fortassis nemo illud aggeret. mirabitur aliquis huc adversantem sentio n. remine, aut obstrepentem &c. Exemplum fit illud Cic. pro Roscio. Credo ego vos iudices, mirari quid sit quod cum tot sumi oratores hominibus nobilissimi sedent ego potissimum surrexerim, is, qui neque orate, neque ingenio, neque auctoritate, cum istis, qui sedent, comparandus. quod me igitur res propter ceteras impulit, fuit &c.

Q: quid est correctio, proat est figura sententiarum?

Q: Est figura, qua orator aliquam sententiam, seu integram

sententiam jam prolatam revocat, et alia sententia magis idonea emendat. Sic Cicero pro Roscio. in hac vita quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis. quod convivium, honesta credo in huiusmodi domo, si domus huius habenda est potius, quam officina nequitiae, et diversarium flagitiorum omnium.

Item pro Roscio, quem ubi dilaudasset se ipsum corrigens ait. sed quid ego inest de Roscio apud piscatorem dico. ignotum hominem scilicet pluribus verbis comendo.

Dixi prout est figura sententiarum. Nam correctio prout est figura verborum sic describi solet quod videlicet sit illa, quod verbum positum corrigit; idque vel solum removendo, ut civis hic, si tandem civis vocari videretur, vel uni verbo altero aptius substituendo, ut: Consul, Patria proditorum nominassem.

Q: quid est dubitatio?

R: Est figura in qua orator dubitare se fingit, quid dicere, vel quid ipse vel alius agere debeat. adeoque una est dubitatio dictionis, altera rei. Dictionis est, quando orator ambigit, vel saltem ambigere se simulat; quo nomine aliquid sit compellendum. ut est illud apud Livium lib. 5. de rep. ubi Scipio ita loquitur: apud vos quemadmodum loqui nec consilium nec oratio suppetat, quos nec quo nomine appellare debeam, Scio. Cives! qui a Patria vestra deservistis. an milites! qui imperium auspiciumque abviciis. Sacerdotes! religi-

onem rapistis, hostes! corpora, ora, vestitum, habitum civi-
um agrorum; facta, dicta, consilia, animos hostium vides.

Contra dubitatio rerum est, quando ex pluribus rebus, quid agen-
dum, vel eligendum sit orator se ipsum quorsit, sic Cuius pro Re-
hoc consilio atque adeoque hoc amentia impulsus quem ipsi, cum
cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum solis tradi-
derunt, quid primus quorsit, aut unde solissimum exordias!
aut quod, aut à quibus auxilium petam. De oratione immortalium
populorum Romanorum, vestramne qui summam potestatem habetis
hoc tempore fidem implorant.

Pulchrior autem est hoc figura, si singulis propositis dubiis
semper aliqua responsio, vel computatio subdatur, ac demum
ipsius oratoris sententia. ut: Cuius in 4. vers. quò confugiend
socii! quem implorabunt! qua spe denique, ut vivere velint,
tenebuntur, si vos eos deseritis! ad feratam de venient, qui
de verbera supplicium sumat! non est usitatum, non senatorium. ad popu-
lum Romanum confugiend! facilis est causa populi: legem enim
sociorum causam insipere, et vos in legi custodere: ac in dies
proposuisse dicit. hic locus est igitur unguis quò resurgant,
hic portus, hoc arx, hoc ara sociorum.

Difert hoc figura à sustentatione quia in sustentatione mul-
ta proponendo per modum dubij, pariter audientem dubium
ac suspensum tenentur non minus in dubitatione, in sustentatione
in aliquid demum subjungendum est expectatione magis aut minus

quod n̄ vitia dubitatione .

Q: quid est Communicatio?

R: Est figura, qua orator, vel auditores, vel adversarios ipsos consulit. Sic Cic: in 2da aez. Nunc ego vos consulo, quid mihi faciendum putetis, idem consilij profecto faciti habetis, quod egomet mihi necessario capiendum intelligo.

Differt hoc figura à dubitatione reali, quia in hac orator seum ipso deliberat, quid agendum, dicendum ve? in comuni- catione vero auditores, vel adversarios consilium vocat, cumq; illis deliberat, ac rei suae iudices constituit, coritabi- caeso suo confidens.

Q: quid est Protoprophecia?

R: Est figura, qua orator personam aliquam, aut aliam rem s̄m sensu carentem in oratione veluti loquentes inducit.

Hoc autem inductio duplici modo fieri potest. imo; vere; dum scilicet propria ipsius personae verba, quib; re ipsa ali- quando usa fuit allegantur. Atq; ad hunc modum re vocari possunt verba, aut sententiae, ipsius Dei, Christi, sanctorum, Auctorum, et scriptorum .x. qui in oratione citantur.

2do. Ficte, dum vel persono viventi, vel iam emortuo, vel ipsis urbib; Regionib; Provinciis .x. aliquis sermo, vel loquela effingitur.

Porro modus aliquem loquentem intraducendi rursus duplex

est, imo directus, quando scilicet verba afferantur, e modo, quo re ipsa prolata sunt, aut dicta esse finguntur.

Ido. Indirectus, dum alterius sermo in infinitivo referatur. ut est illud apud Curtium lib. 3. Cap. 5. Stentis quosce-
bantur, in tanto impetu, casusq; rerum, omnis orator,
ac memoris clarissimum Regem in in acie saltem, in ab-
hoste dejectum, sed abluentem aqua corpus, exortum esse,
et extinctum. Instare Darium victorem ut legum vidis-
set hostem. sibi eandem terras, quas victores progre-
scent, repetendas. omnia aut ipsos, aut hostes, populatos,
per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes,
fame, atq; inopia debellari posse. Quem signum daturum
fugientibus? quem ausum Alexander succedere? jam
ut ad Helespontum fuga penetrarent, classem, qua tran-
seant, quem proparaturum? rursus in ipsum Regem miseri-
cordia versa; illum florem juvenis; illam vim animi, eun-
dem Regem, et conilitorem riveli à se abripi, imemores
sui, querebantur. Cluses eiusmodi et perquam elegantes
prophosieis indirectis formulas pro imitatione non
frustra legem apud eundem Curtium.

Aliud exemplum Prophosieis directis. Esto illud chari-
 denis Atheniensis, ad Darium percontantem, satisne ei vi-
 deretur instructus, ad oblesserdum hostem scilicet Alex-

andrum. Qui proinde in trepida voce sic respondit:
 venem, inquit, et tu forsan audire volis, et ego nisi nunc
 dixeris, alias nequidquam confitebor. hic tanti appara-
 tus exercitus hoc tot gentium, et totiq orientis excita
 sedibz suis moles, finitinq potest esse terribilis: nitet
 purpura, auragz, fulget armis, et opulencia. q. Eiusmodi
 profopphetias tam dissecte, quam indissecte propofitas
 quivis ipse legere poterit apud citatum Curtium, esse
 istis ubiqz plerifring, et pro aliis certe perelegans.
 Geminum adhuc cape exemplum ex Cicerone. Primum
 de re inaninata in jma contra vers: Sicilia tota, si
 una voce loqueretur, hoc diceret: quod auri, quod ar-
 genti, quod ornamentorum in eis urbibz, sedibz delubris
 fuit, quod in unaquaqz re beneficio senatus populiqz
 Romani juris habuit, id mihi Cives res eripuisti, atqz
 abstulisti.

2um. pro Milone, Ne quidem judices, exanimant, exin-
 terimunt Ro voces Milonis, quas audio assidue, et quibz in-
 ter sum quotidie, valeant, inquit, valeant Cives mei sint in-
 columes, sint florentes, sint beati. Sicut hoc urbz prolla-
 ra nihiqz patria sui charissima. q. Certe quod in hoc ipso
 loco per hanc figuram elaborata sequuntur, est lectu dignif-
 -simat.

Q: Quid est Hypothiposis?

R: Est figura qua res ita ad vivum proponuntur, per vultu, ut certi potius quam audiri vel legi videantur. Sic Cic: in 7. verro.

Et de posteaquam acta, et constituta sunt, procedit ille respondere in pretorio inflamatus scelere, et furiose, ac crudelitate in forum venit. Navarchos vocari jubet, qui nihil metuerint, nihil suspicarentur, statim auerrant. Ille hominibus miseris innocentibusq; injici ceteras imperat; implorat illi fides Populi Romani, et quare id faceret, rogare. Tunc ille hoc causa dicit, quod classem prodonibus prodidisset. fit clamor, et admiratio Populi, tantam esse in homine impudentiam, atq; audaciam, ut alius causam calamitatis attribueret, quo omnis propter avaritiam ipsius occidisset, aut cum ipse prodonum socius putaretur, alius proditoris crimen inferret.

Huc pertinet descriptiones v. g. Hortorum, Urbium, Provinciarum &c. Item Colliorum, directionum, naufragiorum, triumphorum, nec non Personarum, quoad habitum, et formam, Nam si Persona secundum mores describeretur, iam non esset hypothesis, sed Etopia, de qua statim.

